BIBLIA LATINA
Klosterneuburg, um 1310/1315
Seite 202v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

suos & colligent de regno eius omnia
scandala. & eos qui faciunt iniqui-
tatem. & mittent eos in caminum ignis.
ibi erit fletus & stridor dentium. Tunc
iusti fulgebunt sicut sol in regno
patris eorum. Qui habet aures audiendi
audiat. Similes est regnum celorum the
sauro abscondito in agro. Quem
qui invenit homo abscondit. & p
gaudio illius vadit. & vendit v
niuersa que habet. & emit agrum illum.
Item similes est regnum celorum homi
negotiatori. querenti bonas marga
ritas. Inuenta autem una pretiosa
margarita abiit & vendidit omnia
que habuit. & emit eam. Item similes
est regnum celorum sagene misse in ma
re. & ex omni genere piscium congreganti.
Quam cum impleta esset educentes.
& sedentes elegerunt bo
nos in vasa. malos autem foras mi
serunt. Sic erit in consumatione seculi.
Exibunt angeli. & separabunt malos
de medio iustorum. & mittent eos in
caminum ignis. ibi erit fletus & stri
dor dentium. Intellexistis hec omnia.
Dicunt ei. Etiam. Ait illis. Ideo omnis
scriba doctus in regno celorum simi-
lis est homini patrifamilias. qui profert
de thesauro suo nova & vetera. Et
factum est cum consumasset iesus parabo
las istas. transiit inde. & venit in
patriam suam. docebat eos in sy
nagogis eorum. ita ut mirarentur.
& dicerent. Unde huic sapientia hec et
virtutes. Nonne hic est faber filius
Nonne mater eius dicitur maria.
& fratres eius iacobus. & ioseph. & simon
& iudas. & sorores eius. nonne apud
nos sunt. Unde ergo huic omnia ista.
Et scandalizabantur in eo. Iesus autem
dixit eis. Non est propheta sine honore. nisi in
patria sua. & in domo sua. Et non fecit
ibi virtutes multas. propter incredulitatem
eorum.

Capitulum. xiiii.

In illo tempore audiuit herodes tetra
rcha famam de iesu. & ait pueris
suis. Hic est iohannes baptista. ipse
surrexit a mortuis. & ideo virtu
tes operantur in eo. Herodes
enim tenuit iohannem. & alligauit
eum. & posuit eum in carcere.
propter herodiadem uxorem fratris
sui. Dicebat enim illi iohannes.
Non licet tibi habere eam. Volens
illum occidere timuit populum. quia
sicut prophetam eum habebant. Die
autem natalis herodis saltauit filia herodiadis in medio.
& placuit herodi. Unde cum iu
ramento pollicitus est ei dare
quodcumque postulasset ab eo. At
illa premonita a matre sua. da mi
hi hic in disco caput iohannis baptiste.
& contristatus est rex. Propter iuramentum
autem. & propter eos qui pariter recu
bebant. iussit dari. Misitque & decol
lauit iohannem in carcere. & allatum est
caput iohannis in disco. & datum est
puelle. & tulit matri sue. Et acce
dentes discipuli eius. tulerunt corpus
eius. & sepelierunt illud. venientes.
nuntiauerunt iesu. Audito autem
iesus. secessit inde in nauicula in
locum desertum seorsum. Et cum au
dissent turbe. secute sunt eum pedes
de ciuitatibus. Et exiens inde vidit
turbam multam. & misertus est eis
& curauit languidos eorum. Vespe
ra autem facta. accesserunt ad eum discipuli
eius dicentes. Deserta est locus. & hora iam preiit. Dimitte turbas